



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold  
Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Quo pacto fiant Religiosi seu Monachi; ubi de Professione. Tit. 9

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

ordinis cuiuscunq; Prælati aut Superioris non possunt aliquem<sup>32</sup>  
alium ordinis ad habitum & professionem admittere, nisi ut in ordi-  
ne ipso ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia perpetuè  
maneat. Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 11. Navar. d. commen-  
tu de Regular. num. 11. & 12. & 38. cum seqq. Fr. Emman. d. tom. 3. qu.  
§. art. 4. Sanch. d. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 82. cum seq.

Potest tamen eam standi extra monasterium licentiam concedere  
transfatis, quam licite concedere posset ejus religionis alumnis. Na-  
var. d. commento 4. de regular. 15. Sanch. d. cap. 7. num. 84.

Qui non recipiuntur in alio ordine, vel ante professionem dimi-  
nitur, redire & recipi debent à priori ordine; quia non sunt dimitti  
simpliciter, sed sub conditione, Ut alium ingrediantur ordinem. Non  
redeamus habentur pro Apostatis. Sylvest. in sum. verbo Religio. vers.  
4. qu. 5. Miranda d. tom. 1. qu. 31. art. 18. Sanch. d. lib. 6. cap. 7. num.  
10. Stein. d. §. 10. num. 8.

## TITULUS IX.

Quo pacto fiant Religiosi seu Monachi;  
ubi de Professione.

### S U M M A R I A.

1. Quo pacto fiant Reli- 4. Professio quid.  
gioſi. 5. Quotuplex.
2. Quando paterna devo- 6. Quando fit Expressa.  
tione. 7. An intra probationis  
tempus nulla debet re-  
cipi.
3. Filius impubes religio- 8. Mendicantium Ordin-  
ni à parentibus obla- nes excipiuntur.  
tus, an major factus  
penitere potest.

Q 99 3

9. Ta-

ryinus  
Personis  
et Ecclesiast

IV.

32

Co  
De S  
er Bene

G

- 494 ARNOLD CORVIN. De Person. Ecclesiast.
9. *Tacita professio quo- 20. *Huic anno an pos-**
- modo inducitur.* *renuntiari.*
10. *Quae requiruntur.* 21. *Eo & indiget ab una*
11. *Novitiorum habitus ad aliam religionem*
- aliquando distincti ab transiens.*
12. *Quid tum quoad pro- 22. *Concernit jus publicum.**
- fessionem tacitam ju- 23. *Eum an iterare so-**
- riss;* *tur nulliter professus.*
13. *De Noviciatus an-* 24. *Quando incipit con-*
- no.* *rere.*
14. *Ad professionem ut- 25. *Computatur de me-**
- tramque ut valeant, mento in momentum.*
- qua requiruntur.*
15. *Primo Aetas, & quid* 26. *Quomodo currat in*
- statutum Jure circa eam* *anno bissextili.*
- veteri. Quid Novissi- 27. *Potest prorogari.**
- mo.* 28. *Tertio requiritur li-*
16. *In supremo anni deci-* *bertas. Quare.*
- mi sexti die an edatur* 29. *Quid de metu revo-*
- professio valide.* *rentiali.*
17. *Secundo Finis anni* 30. *Cogens quem ingre-*
- probationis.* *di religionem, punitur.*
18. *Is debet esse continuus.* 31. *Quartore requiritur Ha-*
19. *Quid si quis cum Su-* *bilitas. De qua remi-*
- perioris licentia absit.* *serè.*
32. *Quis*

L. III. Tit. IX. Quo pacto fiant Religiosi. &c. 495

2. Quinto Superioris autoritas: *E* an quinquennio validetur.

3. An sufficit Abbatis.

38. Contra lapsum quinquennii an detur restitutio in integrum.

4. Sexto, Religio approbata. *Quare.*

39. Petenda ab Ordinario.

5. Septimo. Votorum approbatio. *Quare.*

40. Non ratificatur tacita professio, nisi ratificans nullitatem habuerit notam.

6. Conditio status monasterio contraria, professi-

on adiecta, an vitiata

cum an vitiatur.

41. Restitutio merè gratiosa petenda à Pa-

ri. 7. Professio invalida an producat obligationem,

pa.

**R**eligiō, scū Monachi fiunt vel paterna dēvotione, vel propria professione, de quibus hoc tit. vel voti emissione, can. Mo-

nachum 30. qu. 1. de qua tit. seq.

Fiunt paterna dēvotione; cum pater vel mater filium filiave impuberem religioni offert.

Quo casu filius major factus, & annos pubertatis ingressus, à

Praelato monitus, si voluerit dissentire & monasterium egredi, & ad

scuillum redire, poterit: c. cum virum. 12. c. cum simus. 12. de regulari.

Licet imubes professiōnem fecerit. Professio enim religionis mona-

chice, ante pubertatem emissā, ob defectum judicīi, non obligat. c. si-

mpubescit 11. cod. & c. 1. eod. in 6. Obligat post pubertatem facta, aut

quampridē de se factam postea ratam habuit; nec pānitentia locus da-

Cum se, professiōnē factā, monasterii regulis adstrinxerit. d. c.

cum virum. 12. can. 20. illud autem. 10. qu. 1.

Et enim secundum Hostiens. §. ad quid. vers. professio. in sum. 4

cod.

ryinus  
Personis  
Ecclésiæ

IV.

32

*cod. tit. professio* nihil aliud, quam certæ religionis solemnis promulgatione, quæ quis se ad observationem certæ aliquius monachalis regulæ stringit.

¶ *Est vel Expressa*, quæ fit verbo, scripto, vel utroque simul, & solemniter coram Prælato & Fratribus monasterii, aut regula deinde addicendo *privatum*; *cap. sicut. 17. cod. vel Tacita*; quæ ex sufficiensibus conjecturis colligitur.

6 *Expressa Professio* fit, cum quis pubes, post tempus probationis nominatur, (quibus verbis utatur, modo per illas se Deo & Religioni obstringere intendat, nihil interest. *Leffius de just. & jure cap. num. 57.* Nec enim certa verborum est forma; sed sufficit quæque votorum nuncupationi æquivalens. *Strein. in sum. Iur. Cap. part. I. tit. 15. §. 14. num. I.*) vel in *scriptis*, religioni devotus, coram Abate, Priore, aliove Prælato, vel ab eo mandatum habente, coram Religionis, quam sibi ipse delegit promissionem accipiente, universitate conventu præsente, habitum monachalem sufficiens: aut profectus nemantea factam expressè ratam habens, etiam si habitum monachale nec assumpserit, nec assumat. Quia monachum non habitus, sed professio facit. *c. porrectum. 13. c. ad apostolicam. 16. & c. ex parte. 22. Imò licet antea monasterium nunquam fuerit ingressus. d. c. sicut. 1. cod. c. an. vidua. 20. qu. I. can. omnes famina 27. qu. I.*

7 *Nec repugnat*, quod intra probationis tempus, (de quo postea nec fieri nec recipi debet professio: *d. c. ad apostolicam 16.* Quia iudicium obtinet, ubi professio nondum est facta; alias facta & recepta net; juxta illud: *Multa fieri prohibentur, que tamen facta tenentur ad apostolicam. 16.*

8 *Excipiuntur tamen Ordines Mendicantium*; veluti *Minorum Prædicatorum*, *aliorumque similium*, in quibus singulari jure est canonicus, qui intra probationis annum ad Ordinis admittatur professionem & si secus fuerit factum, ut receptus non alligetur Ordini & ipsi receptantes à receptione professionis aliorum sint suspensi, aliisque penitenti gravioribus culpis infligi ipsis solita, puniendo. *c. 2. & 9. cod. in Nam licet Papa Alexander IV. id statuerit tantum in Prædicatoribus Minoribus, Bonifacius VIII. tamen ad omnes Ordines Mendicantes*

prorogavit. d. c. 2. cod. in 6. Vallens. in par. cod. num. 2. vers. excipiuntur.

Tacita Professio dicitur, cum novitus, tempore probationis seu novitiatus, clauso, in Religione voluntariè perseverat: cum se ingerit ab aliis, qui solis professis convenient: cum scienter professorum habitum perstat. c. 1. cod. in 6.

Sed, ut ex iis inducatur tacita professio. req. iruntur quatuor: Primo; Ut sic habitum deferens suscepit illum non ex se ipso, nec enim tum se obligaret religioni; Calderin. consil. 5. vol. 2. vers. re. assumptio autem de regulari. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 640. num. 39. Secundo; del coram Superiore, & conventu universo: Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 83. num. 9. cum seqq. Decian. conf. 18. num. 11. lib. 3. Stephan. Gratian. d. cap. 640. num. 37. & 38. Barthol. de Vecchis. in praxi oboro. in admitt. ad Religion. stat. Novit. disp. 13. dub. 8. num. 4. Tamburin. de Iure Abbat. tom. 5. disput. 6. qu. 13. num. 6. Secundum; Ut sic suscepit habitus, non extra. Barth. de Vecchis. d. dub. 8. num. 4. in fin. sed in monasterio digeratur. Menoch. d. loco presumpt. 73. num. 15. tertium. Inst. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 5. qu. 3. Tambur. d. tom. 5. disput. 6. qu. 13. num. 7. Barbo. lib. iur. Eccles. univ. cap. 42. num. 158. Tertium; Ut actus, per quos inducitur tacita professio, exerceat non tantum sponte, sed & scientie esse tales: alioqui ratione metus aut ignoratio, tunc esse tracitè profitendi consensus: Gloss. in c. 1. verb. portaverunt. de regul. in 6. Tamburin. d. disput. 6. qu. 13. num. 8. Quartum; Ut eos exercens habeat professionem emitendi animum. Navar. commento. 4. de Regular. num. 75. vers. quoniam autem. Barthol. de Vecchis. d. dub. 8. num. 7. Tambur. d. tom. 3. disput. 6. qu. 13. num. 9.

Sed quod de gestatione habitus religiosi diximus, ut intelligatur II melius, sciendum est in nonnullis Religionibus Novitiorum habitum ab habitu Professorum distinguiri; c. statuimus pen. de regulari. sive in colore, scilicet forma. Clem. cos. in fin. eod. sive benedictione: d. c. statuimus. d. c. 1. in fin. eod. in 6. in nonnullis vero non.

Hoc casu inducitur tacita professio quando Novitus eum gestat. per annum, integrum scilicet & continuum; à tempore discretionis; mousante: c. 1. cod. in 6. c. ex parte. 22. eod. Illo, quando Novitus

Rxx

cum

ryinus  
Personis  
Ecclesiast

IV.

32

cum gestat distinctionem sciens, saltem per triduum. c. ad nostram. s. Azor. Inst. moral. part. I. lib. 12. cap. 4. §. 3. vers. altero modo. Regu in praxi. fori penit. lib. 18. num. 386. vers. secundus. Ita tamen illa gestatio non obliget tacite ad eam religionem in specie, sed quam tantum recipiendam. c. constitutionem. eod. in 6. Fr. Emma. tom. 3. qu. 1. art. 2. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 25. num. 22. del chis. d. dub. 8. num. 8. & 9. Sed hic tacite professionis modus per Concilium Tridentin. sess. 25. de Regular. cap. 1. cestiat. Basil. de Pe te de impediment. matrim. cap. 16. in fin. Barbosa d. lib. 1. & cap. 42. num. 165. Zaf. adit. eod. num. 5. Barth. de Vecchis d. dub. 8. num. 9.

<sup>13</sup> Nam hodie tacita professionis non inducuntur nisi explicato vitiatus anno, & impletis sexdecim proficitum annis. Concil. dent. d. loco. Fr. Emma. d. tom. 3. qu. 17. art. 1. Azor. d. part. I. lib. 12. cap. 4. qu. 6. Hieron. venero in Exam. Episcopor. lib. 6. cap. 5. num. 1. Azor. d. lib. 12. cap. 4. qu. 6. Navar. conf. 28. num. 5. de regulari novis.

<sup>14</sup> Ut autem professio Expressa vel Tacita in Ordine quocunq; valida, requiruntur septem: 1. Etas sufficiens: 2. Finis anni professionis: 3. Libertas: 4. Habilitas: 5. Superioris auctoritas: Religio approbata. 7. Trium votorum substantialium approbat, Vendum de singulis.

<sup>15</sup> Primo Etas: Circa quam aliter statutum Jure Canonico et aliter Novissimo: Illo. Quod Religionis professio ante pubertatem hoc est, annum decimum quartum in maribus, duodecimum in ministris, & sic tempus nuptiarum, fieri non poterat: c. ad nostram. significatum. de regular. can. 1. cauf. 20. qu. 1. in rigidioribus religione nequidem ante annum decimum octavum, id est, pubertatem plenaria quia in insulis. 6. eod. Azor. d. lib. 12. cap. 2. qu. 7. Sanch. in praec. Decalogi. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 3. Narbona de etat. ad omnes alii human. requis. an. 16. qu. un. num. 1. Novissimo; ante annum decimum sextum, nulla marium & feminarum facta distinctione. Si etia antea, nullam inducit obligationem, aut calicijus regule vel religionis seu ordinis observantiam. Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 15. Zerola in praxi Episc. part. I. verb. Moniales. §. 2. Mandat.

Cor  
De S  
er Biene  
G

date minor. cap. 5. num. 52. Stunica tract. de voto qu. 3. Narbonad. qu. un.  
Lo in Thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 1. num. 36. Novar. in lucerna  
Regular. verbo atas. num. 1. Mirand. in manud. Prelat. tom. 1. qu. 24. art 2.  
In suprema tamen anni decimi sexti die emissâ professio subsi- 16  
dit, secundum Campan. in divers. Jur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 129.  
Barbos. d. lib. & cap. num. 139. Non Bafil.  
de Ponte de matrim. lib. 7. cap. 65. num. 1. Sanch. de matrimon. lib. 7. dis-  
p. 24. num. 22. Riccium in praxi fori Eccles. decis. 656. in 1. edit. a' as-  
solut. 549. in 2. edit. & in praxi rer. quotid. resolut. 322. num. 5. qui an-  
num desiderant expletum. Quibus favet S. Congregatio sub die 11.  
Jan. 1617. & Rota decis. 175. num. 7. part. 1. recent.

Secundo; Finis anni probationis; Debet enim, ut supra etiam 17  
dicatum, Religionem ingressus, antequam emitta professionem, per  
annum Religionis experiri austoritatem, can. 1. caus. 17. qu. 2. d. c. ad  
apostolicam. de regular. ut interim & vita ejus & mores comprebentur  
follicite; & ipse expertus videat, an sit contentus eo quod voluit, aut  
 habeat ratum quod elegit. can. monasterii. 19. qu. 3. d. c. ad apostolicam.  
Nec enim invitus ad religionem est compellendus; quod enim non  
pertinet, non observant; text. in can. sicut qui. 20. qu. 1. Expedit enim  
Religiōni potius carere Religioso, quam eum habere invitum; vult  
Deus militem voluntarium: can. noneft. 15. qu. 1.

Qui annus debet esse continuus, nec sufficit interpolatus; Novar. 18  
conf. 2. num. 2. & conf. 36. num. 1. & conf. 42. num. 2. & 4. tit. de regular.  
Eman. Sā in verb. Religionum. 9. Sorbe in verbo Novitius, ubi d. novitior.  
profess. emiss. vers. secundo est. Ciarlin. controv. forens. 108. num. 15. cum  
suppli. alleg. per Barbos. Jur. Eccl. univ. lib. 1. cap. 42. num. 121. cum  
qua annus requiritur simpliciter; quo casu plerunque accipitur de  
continuo, si aliud non pateat; fac. c. 1. eod. in 6. ibi per totum sequentem  
annum: tum quia requiritur ut austoritatem loci sufficenter quis sit ex-  
peritus, quod per interpolatum tempus non siet commode. Novar.  
conf. 89. num. 1. de regular. Azor. d. lib. 12. cap. 2. qu. 8. Less. de Just. &  
Iure. lib. 2. cap. 43. disp. 7. num. 59.

Quitamen de Superioris licentia agit alibi, ut morbi vel negotio- 19  
rum monasterii pro tempore, aut alia de causa, non potest dici interru-  
ptio.

Rrr 2

pisse

pyrinus  
Personis  
-fi Ecclesiast.

IV.

32

500 ARNOLD. CORVIN. De Person. Ecclesiast.

pisc probationis annum, eo quod non sit necessarium, ut Novitius probet omnes austertates in specie, sed sit satis, si probaverit generaliter. *Navar. conf. 32. num. 4. & conf. 41. num. 3. de regular.* Azor. d. lib. 11. cap. 3. num. 7. Flamin. de resignat. benefic. lib. 3. qu. 13. num. 12. Zaf. d. tit. de regular. num. 7. Barbo. d. lib. & cap. num. 125. cum seqq.

20 Renuntiari huic anno, inspecto veteri jure, potest, propterea quod videatur introductus pro ingrediente, & quilibet suo favori renuntiatio possit. *d. c. ad apostolicam. c. constitutionem. 3. eod. in 6.* Unde olim professio ante omissa tenebat, Prædicatoribus atque Minoribus exceptis: *non solennus. 2. eod. in 6.* Quam exceptionem Papa Bonifacius IX. alios Mendicantes extendit, *d. c. non solennus. 2. d. c. constitutionem. 3. eod. in 6.* ut & in eorum ordine emissâ ante annum professio, non obligaret professum isti Ordini, sed illi foret liberum migrari alio. *d. c. non solennus. 2.* In Religionibus aliis expressè antea emissâ obligabat etiam Ordini professum, non item tacitè. *d. c. 2. Azor. d. lib. & cap. 4. num. 7.* Verum per Concil. Tridentinum *d. sess. 25. de reformat. cap. 15.* contra hanc partem mutatio: Nam eo irritatur professio ante finitum annum probationis emissâ, sive ea sit expressa, sive tacita; cum textus non difficit, & eadem ratio in ultraquem nulliter; scilicet ne per professiones participatas contingat recipi eos, qui non satis probati, nec probarunt austeritatem locorum, in grave Monasteriorum detrimentum, ut sequitur docuit experientia: *Zaf. in comment. ad d. tit. num. 9.* Et irritatur in tantum professio, ut nullam inducat obligationem ad alius regulari vel ordinis, aut religionis obseruantiam, aut alios quo seunque efficiat. *Concil. Trident. d. cap. 15. Fr. Emman. quest. reg. tom. 2. qu. 2. art. 7. 10. tom. 3. qu. 15. art. 1. cum seqq. Azor. Inst. moral. part. I. lib. 12. cap. 2. qu. 6. cum seqq. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 18. num. 385. cum seqq. Campan. in divers. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 13. a prince. Tandem de Jure Abbat. tom. 3. disp. 6. qu. 7. in princ. Barthol. de Vecchis d. tract. disp. 11. dub. 2. ne quidem in foro conscientia: ut decisum per Sacram Congregationem, *tef. d. Barthol. de Vecchis d. loco disp. 13. dub. 11. subman. 2. Barbisa de offic.* & potest. Epif. part. 3. alleg. 101. num. 16. cum seqq.*

21 Hoc anno etiam indiget ille qui unam religionem professus, etiam strictiorem, ad aliam vult transire: Nam licet unius sit expertus austeri-

Cor  
De S  
et Bene

G

item, non tamen alterius. Nec facit quod professus dici nequeat non  
minus; Hoc enim quoad priorem regulam, non etiam quoad posteri-  
orem, quæ necdum probata; & non raro multò est rigidior. *Navar.*  
*Zaf.* d.lib.12. cap.62. num. 4. & cons. 53. num. 5. subtit. de regular. *Fr. Emman.* in  
sum. d.tom. 2. cap. 6. num. 10. & *Quæst. regul.* tom. 3. qu. 19. art. 11.  
*Sanc.* in *præcepta Decal.* tom. 4. lib. 5. cap. 4. num. 12. *Roderic. à Cunha*  
*num.* *Regular.* part. 2. cap. 1. lit. C. §. 19. *Zaf.* d.loco num. 10. *Barbos.* lib.  
1. *Jur. Eccles.* univ. cap. 42. num. 109.

Ex quibus patet, annum hunc non concernere, ut olim, jus priva-  
tum, cui qui renuntiat; sed publicum, cui non renuntiatur privato-  
num pactis. *I. jus publicum.* 38. ff. de pæt. *I. Neratius.* 20. in *princ. ff. de*  
*nig. & sumpt. funer.* *L. I. §. si inter.* 9. ff. de *Magistrat. conven.*

Professus nulliter, volens ratificare professionem suam, non te-  
netur Novitarius annum iterare. *Sanch.* de *matrim.* lib. 7. disp. 37. num.  
45. *Peregrin.* d. lit. C. §. 2. *Tambur.* tom. 3. disp. 6. qu. 11. num. 5. *Barbos.*  
loco num. 102.

Incipit annus probationis, sive in masculis, sive in foemina, à die 24.  
descriptio habitus regularis, sive ab eo die, quo communem sequuntur  
alborum Religiosorum vitam, & Religionis incipiunt experiri asperita-  
tes. *Concil. Trident.* d. sess. cap. 16. *Miranda in manuali Prelator.* tom. I.  
qu. 22. art. 3. conclus. I. *Barth. à S. Fausto in Thesauro Religiosor.* lib. 5.  
qu. 160. *Tambur.* d. tom. 3. disp. 6. qu. 7. num. 7. *Barbos.* d. part. 3. alleg. 101.  
num. 19. & 29. *Carol. Tapia ad Antibi. ingress.* C. de SS. Eccles. cap. 4. num.  
1. pers. hoc autem. *Barbos.* d. lib. & cap. num. 114.

Computandus de momento in momentum; donec recurrat pun-25  
tum admissionis. arg. I. 3. §. minorem. 3. ff. de minor. *Zaf.* d.loco num.  
11. *Miranda* d. qu. 22. art. 3. *Hieronym.* *Roderic.* in *compend. quest. regu-*  
*lar.* resol. 101. num. 38. *Less. de Jus. & Jure.* lib. 2. cap. 46. dub. 7. num.  
39. *Carlin. controv. forens.* cap. 108. num. 19. *Carol. Maranta* tom. 3. dis-  
p. 53. num. 45. *Confirm. S. Congregatio sub die -- Februar. 1631.*

Unde si novitius compleat annum probationis. die 24. Februarii 26  
anno bisextili, id est, 25. die, non ideo poterit professionem emittere,  
ni cadem die 25. in puncto die 24. Februarii precedentis anni, in quo

Rrr 3

fulce-

ryinus  
Personis  
et Ecclesiast.

IV.

32

fuscepit habitum. arg. text. in d. l. 3. §. minorem. 9. & in l. cum bissexto. 98. ff. de verbis signific. Fr. Emman. d. tom. 3. qu. 15. art. 4. & 15. M. rand. d. loco. Molin. de Just. & Jure tract. 2. disp. 573. vers. atq. ut amon. Lavor. variar. lucubrat. tom. 1. tit. 1. de Comitiis cap. 6. num. 15. S. Cong. in Andegaven. 21. Augusti 1623. Barbos. d. lib. & cap. num. 119.

**27** Potest novitatus, post completum probationis annum, ex iust. causa prorogari. Navar. conf. 30. de regul. ir. Eman. Sá d. verb. Relig. Fr. Emman. d. tom. 3. qu. 17. art. 10. Gallet. in Margarita casuum conser. verb. profiteri. Less. d. dub. 7. num. 59. Suar. tom. 3. de rel. g. lib. 5. cap. 13. num. 8. Laurent. de Peirinis. de Prelato. qu. 3. cap. 1. num. 502. Barbos. d. lib. & cap. num. 130.

**28** Tertiò ad validitatem Professionis requiritur libertas; Debet enim professio esse libera, nulla vi, metu, dolo, extorta. c. 1. de iis que vi. & ult. & ibi Gloss. verb. vel modica. Qui Clerici voventes. fac. c. Gemina. 13. de sponsal. cum non sit æquum, ut electio vite dependeat ab alieno arbitrio, propter varia mala, quæ ex coactione oriuntur; præcipue in Virginibus, in quibus facilior causa metum caußat, per quam Monasterium ingressi, tanquam detrusæ in carcere, ut in libertatem carnis, cuiuslibet eturam fecerunt invita, se vindicent quacunque via, in Ecclesia demeritum, fluctus sèpe concitant gravissimos. Zaf. d. loco num. 12.

Vix censetur, si novitus, quia vel manere, vel profiteri renunti. in carcere, fame maceretur, aliisve æruminis vexetur. Strein. d. loc. num. 2.

**29** Quin etiam metus reverentialis injustè incussus, quamvis committere existimetur non sufficere ad irritandam professionem, irritamen reddere aliquando potest; puta si concurrent alia, quæ difficile abigere; ut præcum importunitas, blanditia; indignatio, & cognitum offendio, & similia. Sylvest. in sum. verb. Religio. 3. num. 2. Diuina part. 4. tract. 3. resolut. 55. Less. d. lib. 2. cap. 17. Rodric. d. tom. 3. qu. 17. Vallen. tit. de Regular. §. 3. Escobar. tract. 6. Exam. 7. cap. 3. num. 37. Lugo de Justit. disp. 22. sect. 2. num. 267. Strein. d. loco & num. Syr. dec. 91. de Regular.

**30** Imo ex Concilio Tridentino sect. 25. de reformat. cap. 18. virginem viduam, aliamve mulicrem, quovis modo monasterium intrare co-

Col  
De S  
er Bene  
G

gentes, & quovis modo praesentiam, auctoritatemque scienter ei rei prabenies, excommunicantur.

Quarto requiritur *Habilitas*. Qui enim Religionem vult in-<sup>31</sup> gredi habilis debet esse ad Professionis essentialia, cum ad impossibile nulla sit obligatio: Vido supratice. 64. *De intrant Religioni*.

Quinto requiritur ad validitatem *Professionis Superioris acceptatio*<sup>32</sup> & *auctoritas*. Debet enim *Professio* fieri in manibus illius, qui potest religioni incorporare, vel in manu alterius cum superioris ipsius permissione, qui videlicet est Abbas aut Praepositus Generalis; c. *porrectum*. 13. *deregularib. Azor. Inst. moral. part. I. lib. 12. cap. 5. qu. 3. Reginald. in praxi fori panit. lib. I 8. num. 385. Sanch. d.lib. 5. cap. 4. num. 62. Bartol. a Vecchis d. praxi disp. 13. dub. 2. num. 5.* Nec obstat c. *consuluit*. 4. Qui Clerici vel *vorient*, dum ait professionem emitti posse super altare, Quintelligitur acceptante eo, qui habet potestatem admittendi ad religionem. in d.c. *porrectum* *Ianoc. num. 5. Joan. Andr. num. 4. Hostiens. num. 13. Abbas num. 10. Ancharan. a num. 3. Henr. in sue. Sylvest. in sum. verb. *Religio*. 3. qu. 18. dict. 2. *Sanch. d. cap. 4. num. 62. in fin. Religioni incorporare non potest Episcopus*, hodie; Cum Religiosorum, ut olim, can. *ss vir. 27. qu. 1. non sit Superior. Abb. in d.c. porrectum. num. 11. Navar. conf. 6. a. num. 2. in ant. alias conf. 4. in novis. tit. de Regulari. Azor. d.lib. 12. cap. 5. qu. 4. Sanch. d.lib. 5. cap. 4. num. 74. Fr. Emman. d. tom. 3. qu. 17. art. 11.**

Nec solius Abbatis est ad religionis professionem admittere, sed<sup>33</sup> & *confensus* exigitur majoris partis conventus. per *Gloss. in d.c. porrectum. verb. non faciat. Navar. conf. 9. a num. 19. sub tit. de confus. Em. Sá in sum. verb. Religio. num. 65. Cucch. in Inst. Can. major. lib. 3. tit. 1. num. 46. Azor. d.lib. 12. cap. 20. qu. ult. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 83. num. 9. cum seqq. Fr. Emman. d. tom. qu. 17. art. 7. Barbos. d.lib. & cap. num. 146.*

Sexto requiritur *approbata Religio*; Nec enim aliás teneret pro-<sup>34</sup> feffo tanquam solemnis, ut facta contra juris prohibitionem. c. *fin. de nlg. dominib. juncto. c. 1. cod. in 6. c. un. & ibi Gloss. de voto in 6.* Ratio est; Quid effectus obligationis hujus solemnis sit tantum ex Ecclesie institu-

ryinus  
Personis  
Ex Ecclesiis

IV.

32

tione, quâ cessante & non approbante aliquem ordinem, non potest ori ista obligatio. Zaf.d.loco num. 22.

35 Denique septimum & ultimum requisitum ad validitatem profissionis est *Votorum approbatio*. Facta enim *professio* alterius voti, quam trium substantialium; scilicet *castitatis, paupertatis & obedientie*; si alicujus tantum ex iis, non autem omnium simul, non est vera, neclida. *Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 1.* Ut ea quæ sit sub conditione aliqua contraria: veluti, ut liceat uxorem ducere; egredi, si fam nequeat; proprium habere. Quæ omnia statui Monastico contraria. 2. ibi *Gloss. verb. administratione de statu monast. Gloss. in c. fin. de cond. pos. & c. 1. qu. Cleric. vel vnu.* De quo infra.

Quæ tamen, si non in ipsa professione, sed ex intervallo adiiciuntur, non viriant professionem, sed vitiantur & rejiciuntur. arg. 1. per som. 14. §. 1. verf. deniq. ff. de uſa & habit. Bald. in d. Auth. ingressi. num. 7. C. de SS. Eccles. Joan. Andr. num. 9. Burrius num. 8. & alii Canonif. c. fin. de condit. appos. Salced. ad Bernard. Diaz. reg. 521. in fin. Taptini. Auth. ingressi. verb. ingressi. cap. 14. num. 1. Lessius d. lib. 2. cap. 4. num. 62. Nald. commento 2. de Regular. num. 15.

37 Cum professio est invalida propter defectum aliquem ex conditionibus requisitis, nullam penitus relinquit obligationem, nec matrimonium adfert impedimentum. In foro aurem extero si litigetur, probando onus incumbit Illi, qui professionem dicit esse invalidam; Ipsi numeruntur Professo, idque tantum intra quinquennium à die professionis: *Conc. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 19.* Si non fecerit, ad servanda vno, quasi vere professus adigetur; Quia præsumitur intra tantum tempore spatiū ratificasse professionem factam. Ipse tamen in conscientia obligatus non est, seque fugâ, vel alio modo liberare potest; dummodo absit scandalum. *Navar. cons. 9. & cons. 89. in antiqu. Zanch. lib. 7. 1. matrim. disp. 37. num. 6. Less. de Just. & Jure. lib. 1. cap. 41. dub. 7. Leman. lib. 4. tract. 5. c. 5. num. 7. Strein. d. loco num. 3. Zaf. d. loco num. 4.*

38 Petere tamen etiam potest restitutionem in integrum, eaque condenda; si justam alleget causam, ut ignorantiam lapsi quinquenniū impedimenti, ex regula generali: *Si quam mibi justa cauſa. &c. l. 1. §. 1. in fin. ff. ex quib. cauſ. maiores. in integr. refit.* Non obstante præsumptio-

Cor  
De S  
er Bene

G

one juris & de jure; quae licet non admittat probationem in contrarium in judicio ordinario, admittit tamen restitutio in integrum in extraordianrio. Nihil facit, quod in d. Conc. Trident. cap. 19. dicatur non audiendus post quinqueannum reclamans; nam per illa ve. ba communis quidem & ordinaria via excluditur, non etiam extraordinaria; arg. c. 7. derestit. in integr. ubi post terminum peremptorium dicitur non audienda Ecclesia; non tamen denegatur in integrum restitutio. f. & l. si mater. in princ. ff. de except. rei judic. Azor. d. lib. 12. cap. 4. ver. postremo. Nam contra terminum exclusivum alicuius actus faciens lapsum, si qua iusta causa fuerit restitutio competit. d. c. coram. Quin etiam contra ipsa restitutio petenda tempora lapsa ex iusta causa subvenit. c. 1. de restit. in int. in 6. c. ex literis. eod. & ibi Panorm. & Franc. Villagut. de reb. Eccles. alten. rest. Zypeus in Jure Pontif. Noviss. num. 45. ter. queritur an. lib. 3. tit. de Regularib.

Estrstitutio petenda non a Pontifice ut volunt Sanch. d. diff. 37. 39 num. 21. & 22. Zaf. d. loco num. 44. sed ab Ordinario; Cui Jure committit restituendi est authoritas: c. causa. de in int. restit. quia & Arbitrio; scorum eo incidat ea quæstio: c. pen. eod. Neque enim, ut in secularibus, Principi; Busus post Imbert. ad l. I. ff. de in integr. restit. ita in Ecclesiasticis, Pontifici, praxis restituendi reservavit facultatem. fac. can. affili. 12. qu. 2.

Circajam dicta scrupulum movere non debet, quod per longam 40 tristitiam censenda sit ratificata professio, posito quod esset invalida: Nam præterquam quod recte professionis præsumptio levi suspitione contraria facile tollatur; Navar. de regular. conf. 4. 1. & in manus. cap. 12. num. 71. Azor. Inst. moral. lib. 12. cap. 4. §. 7. queritur. constat non alter ratificationem tacitam vel expressam vim aut effectum habere nullum, quam si ratificans notam habuerit nullitatem; Quoniam, ut inquit Azor. per ignorantiam præsumum factum tantum firmat; etiamsi per multis annos viram monasticam tanquam profellus egerit. Zypaus d. loco. ver. queritur circa fin.

Ceterum hæc sunt intelligenda de restitutio in integrum quæ 41 ei iusta causa petitur. Illa enim quæ merè gratiæ est, cum dispensationem super Concilio generali involvat, omnino ei est reservata, cuius

SIC

aucto.

vinus  
Personis  
& Ecclesiastis

I V.

32

506 ARNOLD. CORVIN. De Person. Ecclesiast.

auctoritas supra Concilium est. Vide Dian. part. 3. tract. 2. respons. 62. Zyprius d. loco. vers. ceterum.

## TITULUS X.

### De Voto & Voti Redemptione.

#### SUMMARIA.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Continuatio.   | Negativum.                                    |
| 2. Voti definitio.  | 13. Commutabile & h<br>commutabile.           |
| 3. Ejus explicatio.   |   |
| 4. Quotuplex. Primò est<br>Necessarium aut vo-<br>luntarium.                                  | 14. Personalia vota qu<br>vovere possint.     |
| 5. Voluntarium quotu-<br>plex.  | 15. An usum rationis mo<br>habentes.          |
| 6. Solemne quotuplex.   | 16. Impediunturne non<br>nulli, eum habentes. |
| 7. Solemne quod.  | 17. Ut Episcopi, & Pra<br>ti iis Superiores.  |
| 8. Quod simplex.  |   |
| 9. Rursus votum aut Ex-<br>pressum aut Tacitum.   | 18. Monachi.                                  |
| 10. Personale , Reale ,<br>Mixtum.  | 19. Impuberis.                                |
|   | 20. Conjuges.                                 |
|   | 21. Servi.                                    |
| 11. Absolutum, Conditio-<br>nale. Illud Perpetuum,<br>vel Temporale ; Hoc<br>Penale, vel non. | 22. Filiifamilias.                            |
|   | 23. Realia vota quis reu<br>voveat.           |
| 12. Adfirmativum aut  | 24. An religiosus.                            |
|   | 25. Pralatus.                                 |